




Rep. LXII<sup>A.</sup> 2. no. 62.

15,825-



Magnificis honoribus  
PRORECTORATUS,

QUEM

In publico clarissimorum virorum congressu,  
Juvenum doctissimorum consessu,

D N.

**M. DAVIDI ORIGANO,**  
Mathematico præstantissimo,  
Professori dignissimo,

*In Academia Francfurtana*  
*unanimesi suffragio*

TRIVMVI

ad hoc speciatim electi  
detulerunt



*Anno, mense & die contentis*  
*hoc disticho,*

Bl's Denos & tres soles VIX IY Qet Apr' I's,  
SeD teLIX est I V X hæC t'roK, & eQtor ab'ls.  
I. Geb. R. S.

*Francofurti Literis Sciurinis.*

u.

ALFRED VON ORDOFF

LEHRER AM GYMNASIUM ZU DRESDEN

VERLEHNER VON

VERLAG VON

1888

DRESDEN

VERLAG VON

1888

DRESDEN

DRESDEN



I qua novus iterum Musarum gloria vires

Sensit; at ingentes quæ non modò gloria vires

Musarum sentit? Videat, det Slesia quantos

Ora viros, dabit ora viros & Slesia quantos.

Si qua novus etiam Viadrina Acadèmia vires

Sensit; sed quas non Viadrina Acadèmia vires

Sentiat? Aonijs, videat, quòd regnet in arvis

ORIGANVS, melior vel Apolline præses Apollo.

Iamdudum (ut taceam vos ô Regina Budorgis,

Chrysores, & Lygy, Parnassiq; incluta tempe,)

Iamdudum satis una probas Swidnicia tellus

TREVILERIAM Themidem, & divinum enixa

PELARGVM (ros

Et SETSERUM, & FISCHERUM, det Slesia quã

Ora viros, dabit ora viros & Slesia quantos.

Iamdudum quoq; Tu Glacis, urbs Glacis æqua Corintho

Indè vel, è gremio Ille tuo quòd prodijt, Ille

ORIGANVS, melior vel Apolline præses Apollo:

Iamdudum, puto, testis eris; det Slesia quantos.

Ora viros, dabit ora viros & Slesia quantos

Iamdudum, dandi quum Præsidis acrior ardor

Accendat cum plebe patres, & fortè — negatum

Flagitet ORIGANVM Rectorem Heliconidis aulæ

A 2

ipse

Ipse Helicon, quali nec quondam publica vota  
Consensu tradunt Lycias caluisse per urbes,  
Rupe sub igni vomâ q̄vum monstrum immane Chimæra  
Bellerophon ferri lethalis cuspide victam  
Straverit alato vectus sublimè caballo.  
Iam dudum monet hoc; Claris quòd regnet in arvis  
ORIGANVS, melior vel Apolline præses Apollo.  
Tantaq̄ non fallat spes & fiducia quenquam:  
Digna legi virtus; se hæc ultrò gloria supplex  
Obtulit, & solus meruit regnare rogatus;  
Quanquam etiam solus meruit cessare rogatus;  
Ipsius attererentur ne tanta otia, quanta  
Succidit de iudicio studioq̄ polari,  
Atq̄ in secessus gnarè traducit amænos.

Haud ità multa dies agitur, (mibi vera loquenti:  
Admittenda fides,) pluteis q̄vum manè sedebat  
Accubuus, memori q̄vem nomino sæpius ore,  
ORIGANVS, solitum & se disponebat ad usum,  
Omnia Chaldææ relegens secreta senectæ;  
Discutiens quid quisq̄ novum manda verit ævo;  
Quidquid Socratico manârît ab ordine; quidquid  
Docta Mathematicæ reboârînt atria turbæ,  
Scilicet astrigerum quæ vis entheâ verit æquor,  
Implêritq̄ choros; quo vivat machina motus;  
Et q̄vî quosq̄ suis numeros quis dividat astris,  
Et cursus stabilesq̄; moras, quibus omnia vivunt.

Et.

Et pereunt: Semper—solidata pondera terræ  
 Ut placido sese moveant animata rotatu:  
 Disquirensq; sagax, quàm lata sit area Circi,  
 Quot gradibus terrâ polus absit uterq; meatus  
 Quis Solis, velox, & quàm sit semita Lunæ:  
 Inde postgenitis, nisus rationis acuto  
 Sculpebat radio, inque suas sollerte notabat  
 Pollice EPHEMERIDES horis veracius ævum.  
 En! subito liquidâ scrutantem. vidit ab æthra  
 VRANIE, & tanto redi vivam patre Mathesin;  
 Continuo frontem limbo velata pudicam:  
 Deserit Auctumni portas, quâ vergit in Austrum  
 Signifer, & volucris pede se per inania librat:  
 Lux oritur, quacumq; volat; nemus ilicis atrum  
 Frondibus elucet; radiantior emicat ipse  
 Sol oculus mundi: gratantur cetera viso  
 Numine gens Pimple, dudum quod vixerat exsul.  
 Illa per occultum nostris se manibus infert  
 Hic, ubi Marchiaco Oderides in littore Nymphæ  
 Exsultim plaudunt choreas pede; limina tandem.  
 Urbis, & optatos gaudens ingressa penates  
 Invenit ætherios signantem in schemata cursus.  
 Ut procul adspexit, vultus, habitusq; coruscus  
 Virginis, obstupet hærens; & veneratus amicè  
 Adfectat dextram, calamo, tabulâq; relapsis.  
 Tunc sic Diva loqvi: Superum sincera voluptas

A 3

ORI.

ORIGANE, in cuius mysteria caelica mente,  
Et potos video divini Nectaris haustus,  
Navatum satis est operæ; Tibi præmia restant:  
Adgredere, & famulas quoque Nos agnosce lubentes;  
En! sceptrum Imperij, (sceptrum nam fortè gerebat,)  
En! claves, quibus aut Pindum aut Heliconam recludas,  
Aut reliquos, in quos spatium sive vimus, hortos:  
Tu Rector, Tu Phæbus eris; famulabimur Ipsæ.  
Non vis, sed pietas regit & Sapiencia Musas.  
Dixit, & oblatis sese subduxit habenis.

O! numquam dilecte Deo, cui mittit ab astris  
Cynthius Uraniam atque Horas, cui militat æther,  
Et conjuratæ veniunt ad pulpita Musæ.  
DI quoque testantur faciles; det Slesia quantos  
Ora Viros, dabit ora Viros & Slesia quantos.  
DI quoque testantur; Clarijs quod regnet in arvis  
ORIGANVS, melior vel Apolline præses Apollo.  
Nunc equidem video, & miror magis; undique totis  
Huc ad FRANCIV ADI peramæna vireta Lycæi,  
Et scatebras Xyloæ iuvenes undare catervis;  
Ipsam etiam Permessim, etiam fluere ipsam Aganippem  
Largius, & doctos ridere floribus annes.  
Et non immerito: quoniam sub rege benigno  
Vivitur. Egregios invitant præmia mores.  
Hinc redi viva calent studia; & felicibus inde  
Ingenijs aperitur iter, & lingua Poëtis.

Hinc



Hinc iterum ingentes Musarum gloria vires  
Sentit; si ingentes sentit modo gloria vires  
Musarum. Quidni? Videat, det Slesia quantos  
Ora viros, dabit ora viros & Slesia quantos.  
Inde novas sentit Viadrina Academia vires,  
Si modo quas sentit Viadrina Academia vires.  
Quidni? Pierijs, videat, quod regnet in arvis  
ORIGANVS, melior vel Apolline praeses Apollo.

## Epigramma de Eodem, ex poematio Meo.

ORIGANVM quisquis decus illud amabile Mundum  
Laudat, ut astris equam mente MATHEMATICUM  
Ille pro ORIGANVM decus illud amabile Mundi  
Laudat, ut astris quam est mente MATHEMATI-  
CIVS.

Namq; MATHEMATICO—ORIGANVS  
non discrepat hilum;  
Et nihil ORIGANVS, praeter id, HORIGENVS.  
Laudat qui ORIGANVM ergo, MATHEMATI-  
CIVS quod is ipse est;  
Ille MATHEMATICVM laudat, &  
ORIGANVM.

Alind

Aliud  
jocularium

Non vult ProRector ; sed Pro—Rettore GOCCLENI  
Musa loqui ; sed quâ differitate tamen ?  
Nescio : sic veteres usi. concedo, GOCCLENI ;  
Sed mihi ProRector jure tuendus erit.  
Si Pro Rectore accuser , (procul omen abito !)  
Sic pare ProRector me tueatur ope.

Ex animo gratulor

Melchior Agricola Lubenus  
Silesius. Poëta.

---

Οἷόν τις πρᾶττει, τοιάτοις ἤδετα ἀθλοῖς :  
Ἄθλα γὰρ ἀρμόττει ἔμμενοι ἴσα πόνω.  
Πρὸς τ' αἴωρα μέχρι νυκτὸς ὡσδὴν πᾶσαν ἐποίησιν,  
Σκεπτόμεν τε πόλιν, σκεπτόμεν τε γῆαν.  
Τίς μισθὸς ; λογίσις δὲ τιμῆς ἤδη ἀμιλλᾶ,  
Ὡς δὲ τῶν φωτῶν ἀσέρες ἀσέρεσι.  
Ταύτης σοι πρῆξι συγχάριον, κ' ἄχορον, ἀπὸ τῶν  
Μείζω γίνεσθαι ἐν τῷ ἀπαντι χρόνῳ  
Ὡς ἔστι φανερόν, παρὰ τῶν ἀνδραπέδων εἶναι  
Τοὺς σπαστάζοντας κρυπλὰ ἐπεργαίαν.

Qualia quis tractat, talem tandem inde reportat  
Mercedem : factis præmia conveniunt.

Hactenus

*Haecenus urfisti aſſiduis ſublimia ; cœli  
Dum luſtrare tibi ſidera cura fuit.  
Quæ merces ? Doctis nunc certas Rector honore,  
Siderea ut certant lumina luminibus.  
Gratulor hoc partum decus ; & precor, extet in ævum  
Quolibet hæc creſcens viſſida fama die.  
Sic demum verum fuerit ; ſublimius illos  
Perpetuò humanis exeruiſſe caput :  
Qui ſedem atq; uſum diuinæ particule auræ  
Non terrâ, aſt ipſo conſtituere polo.*

*Honoris & obſervantiæ  
ergò fac.*

*Georgius Manlius Gorl. Lu-  
latus. Medicinæ Stu-  
dioſus.*

---

***P**ro more faſces magnificos dies  
Moderna ponit publicitus ſuis  
Solemmitatibus quotannis,  
Atq; datore volente ponit.  
Pro more faſces magnificos dies  
Moderna defert publicitus ſuis  
Solemmitatibus quotannis,  
Atq; datore volente defert.*

*B*

*Pro*

Pro more fasces magnificos die  
Ponit modernâ, non sine gloria

SETSERVS Astræe Sacerdos,

Iustitiæq; patronus idem.

Pro more fasces magnificos die  
Capit modernâ, non sine gloria

ORIGANVS Sophiæq; Doctor,

Vraniæq; minister idem.

SETSERE, fasces depositos tibi,  
Tibi quæ sumtos grator, ORIGANE.

SETSERE, te tuis remittunt

Depositi studijs, tuis quæ

Sunt tabellis rursus, ORIGANE,

Te subtrahunt, sed tempore subtrahunt,

quo nempè gratulantur orbis

Cuncta creata, Dij Deæque.

Vides, ut ipsa vere novô novis

Natura rerum prodiga gaudijs

Lætetur, ascendatq; summam

Curribus altigradis ad auge

Sublime cæli Sol regimen: vides

ut delicatis Æolus aurulis

Ludat, sinusq; milleformes

Explicet undiq; Chloris, imò

Dictynna plaudat cum Satyris, Pales,

Deo, Napeæ numina montium,

Pan,

Pan, Naiades, Neptunus, & quos

Parva notare vetat papyrus.

Vides & audis, RECTOR, & audies,

Vt gutturillis aera corneis

Vexent volucres, dum trementes

Voce sonos modulantur ipsas

Per arbores, hortos, juga, vineas,

Et obstrepentis flumina gurgitis;

Rostrisq; pruriant acutis

Quod capis, officio gregatim

Congratulari: nec gereres lubens,

quando Senatus vult Academicus

Semestre summus per futurum

Non sine laude geras dynastes?

ut occupatus sis quicq; calculo

Diviniore, nec tibi vespero

Surgente decedant labores

Nec rapidum fugiente solem,

Sic te lapillis ergo nega tuis

Paulisper, actus cerne Scholasticos,

Provinciam quam nactus ornas

Præcipiendo, vetando, quæ vult

Salus, honestas, præcipias, vetes,

Curando, quæ vult ipsa necessitas

Cures (dein curam suam, quas

Scribis Ephemerides, habebunt)

B 2

Sic

Sic IONA sceptris adstiterit tuis,  
Nec te venenum pestilens suum  
                    Rectore spargens dissipabit  
            Quod docet atq; docetur agmen,  
Hinc Candidatos quaelibet ars suos  
Habebit, imò fama refert, suos  
                    Habere quasdam Candidatos,  
            Non sine nomine Candidatos:  
Quos salva rebus si facies, suo  
Die Magistris inseret omnibus  
                    Doctus Neander ille, qui nunc  
            Philosophi caput est Lycæi:  
Optata cælo sit facies die,  
Suo, sit inquam temperies suis  
                    Amica cælis, cum Magistros  
            Amplificabit honore laurûs:  
Et ipsa nomen astra vehent tuum,  
Legetq; multis exterius in locis,  
                    Si quando gratulationes  
            Forsitan hoc titulo videbit:  
RECTORE DOCTOR FACTVS ORIGANO,  
VIRO MATHESI PRINCIPE, PAMPHILVS,  
                    SEMPRONIVS, SEIVS, STICHVS QVE,  
            MAEVIVS ET TITIVS POETAE.  
Et inde crescet laus Academiæ;  
Et inde crescet gens Academiæ,  
                    Et crescit, & crescit dietim,  
Nec sine laude profectò crescit

Reo

Reſtoris : & quæ pluria pluribus  
Suadere poſſint, officio lubens

Fungare, jam non dico, dico

Fungere ſea benè; ſalvus imò

Defunctus annos viue tot, in quot, &

Labore ſummo, ſidera ſupputas.

Et hæc precari nunc ſatis: ſed

Ulteriora precabor olim.

Ioannes Gebauer Reichenb. SiL.

SS. LL. Studioſus.

---

**N**onequidem inſiteor; doctrine gloria tanta,  
Gloria virtutis tanta Tibi **ORIGANE**.

Vt non, qui celebrarit eam, adſentator habendus;

Sed qui non, fuerit candidus ille parum.

Ergò quid impediât, me in votis vocante Caménas,

Quin fluat in laudes Phocidos unda tuas.

Impedit hoc livor, madidiq; infantia naſi,

Vota mea Aóniſin quæ valitura negat.

Quicquid id eſt, valeat; nec me calor entheus aſſat,

Quando Poëtarum flaccuit omnis honor.

Non tamen, **ORIGANE**, eſ ſine voto & laude tacè.

Me lautè cuius menſaq; menſq; fovet! (dus

Ergò quod ipſa Tibi ſceptrum obtulit Aonidum gens,

Lætus habe, & lætus perfruere uſq; precor.

Obſervant. & boni omniſ

nis cauſa F.

Achilles Hering. Reichenb. SiL.

B 3

Muſarum

ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑ  
MVSARVM ET APOLLINIS, OBSER-  
vantia ergo conscriptum

Iusto Wernero Sprottaviensi Silesio Mathe-  
maticum & Astronomiae studioso.

Εἰλήθετε πάλιν πολυανθῆς ἑαρῶ ὥρη,  
ἑαρῶ ἀνδρώποισι, καὶ φηρσίν ὄρεσκώοισι  
Πολλὰ φίλα, καὶ ὀροῖθων ἀμα ἔθνεσι πάντων.  
Ἡ ἑλιῶ γὰρ μακροῖ βιβῶν ἐπὶ ἀμύμονας αὐτίς  
Αἰθιοπῆας ἔβη: καὶ νυῶ Ἰπὶ νῶτα ὀλύμωσ  
Εὐρέα νεσῆσας, ῥα βίη ἀέκοντα ἀφῆλε  
Ψύχεα, καὶ βραχεῶ πλεροέσας ἡματῶ ὥρας,  
Μνημοσύλω ὁοῖς ὅτ' ἔθεντο Γεώργις ἡμῶν  
Εὐσεβέες πρόγονοι, ὡς μὴ πῆσῃ ἐκ κροδιάων:  
Αὐτὰρ οἱ ἐσόμενοι ταύτην, μὴ ὑπερμωρα, ἢ ὡ  
Πρῶ φερέμεν κερῶν αἰεὶ ἐθέλησαν ἐκκῆνον  
Ὅς κ' Ἀκαδημείη Γάδρα τῆ κῆμα ἐπιρῆει  
Ὀρῶ ῥεσν, ῥ' ἐξῆς περὶ τελλομῶν ἐνιαυτῶν,  
Ἄρχοντ' ἀνδρα δίδωσι, τῆ ἡγήσαστο περ ὄσις.  
Τοῦτο κ' ἄρ' Ἀπόλλων, τόγγ' ἠύκαμῶ τέκε λητῶ.  
Εἰν Συμῶ μεμαῶς μεσῶν πω ἀλεξέμεν ἀντροῖς,  
Συμπάσας μεσας ἀγορῶν δε καλέσασθ' ἔωθεν.  
Αἰ γ' ἐπεὶ ἐν ἡγερθεν, ὀμηγερέες τ' ἐγύοντο;  
Ταῖσιν ἀνιστάμεν μετέφη τότε φοῖβῶ Ἀπόλλων.  
Οἶδατε περτωκέραιων, ὅς ἢ πολὺ φέρτατός ἐστιν,  
Οἶδατε, τέκνα ἐμεῖο, θεὸν διύαμιν δόμῳ ἡμῖν,  
Ὅφρ' Ἀκαδημείης, καὶ πολλυμαθέσι βροταῖσιν  
ἄρχοντας δι' ἀριστήας κρίνοντες ἔωμεν  
ἢ γὰρ ἀριστήων ἀπάνσθε, τι ποιέμεναι δεῖ;  
ἀλλ' ἡμέων αὐτοὶ Ἰπικρηλώσιν ἐέλδωρ.  
Τῶ συμφρασεσάμεναι φρονέοντα δικάζετε φῶτα,  
φῶτα λέγω ἀγαθῶ κράτει ζηλῶντα ἀριστον



Ζεζήρον, θέμιδός τε δίκης τε Φίλον πολὺ ἤτορ,  
Τόσφιν εὐφρονέων Σμινθίδης ἔπειθε Ἴφι εἶπεν:  
ἀμφοτέρω δ' ἄρα χαίται ἐπερρώσαντο ἄνακτα  
Κρατὸς ἀπ' αἰθέρα ἅμα πᾶσαι ἐπ' ὀφρύσιν ἔσαν  
Κυανέησιν, οἱ εἰρύσααζ' ἐπέμεμαυῖαι.  
Καὶ μὲν πρῶτα εἰς σήθεσσι διάνδιχα πολλὰ  
Μερμήριζον ἀκλῶ, ἢ καλὸν Ὀρίγανον, ἢ  
Σειλήρον κρένφαι, ἄρ' ἢ οὐδ' ἀμφὶ Ἔβερτον.  
Τάξις ὅταν, καὶ Ἰπσιήμη ἅμα πάντας ἐφίσα.  
Πλείονες αὐτὰρ ἔπειτ' ὀνόμαζον Ὀρίγανον εἶον  
ἄρανι τ' ἐρατῶ τε θεῶν πολυῦμνιαι τ' αὐτῆ,  
Τερχιχόρη τε σοφοῖς φωνᾶς κρηύνουσα ἀριθμοῖς.  
αἰ μὲν πᾶσαι, ἐπεὶ ἄλλων σὺκ' ἐστὶ χερείων,  
ἢ τέχνῳ τε φυλάτ' ἔτ' ἄρ' φρένας ἔτε τι ἔργα  
ἄξιον ὄχλωλης ἠγῶντο, κρατῆς τε ἐκείνου.

Καὶ τότε δὴ πρὸ φρωνέων δρυγυρότοξ' Ἀπόλλων  
ἀρρήκτω φωνῇ αὐτίς ταῖσιν μετέειπε,  
Ληγετε τῆς ἐριδ' ἢ Ὀρίγαν' ἔσεται ἄρχων:  
αὐτῶς γὰρ ἐπέεσσ' ἐριδαίνουμι; ἄνδρα ἀμείνω  
εὐρέμῳ ἢ διωάμεθα, πολὺ χρόνον ἐνθάδ' εἶοντες.  
ἄλλως ἄλλο ἔτ' ἐγὼ γίμα, καὶ ἢ κλέε' ἤτιον!

Νῦν σὺ μὲν ἄρα νῆ, σὺν γὰρ πημήσομῳ ἤτορ.  
Πάρασσον δῶ λήπε Φίλον, καὶ θυμὸν ὄρινεν  
ἐν σήθεσσι δρισηῶν; νῦν ὑπέρομα ὡς μὴ  
ὑστῆρα νῦν ἄλλον κρένφαι, ἢ Ὀρίγανον οἶον.  
ὅστις ἐφ' ἡμερίδας κρηύνουσα πῶ πολλὰ μογήσας  
Σιωτάσῃ, πάντων μάλα θεσκαλα ἔργα πλανητῶν.  
ὣς φάτο; ἢ ἢ θεὸς σπαρδὴ ἀπεθήσεται ἐκείθεν,  
Πείσεαζ' μύθῳ, τὸ ἢ καὶ τετελεσμένον ἐστὶ:  
Πᾶς ἢ χορὸς λοιπὸς ἀγυρῶ μὴ ἔλυσεν ἐκείνῳ,  
Πρὶν περικαλλέ' ἀἴσαι ἀμειβόμενα ὅπι καλῆ  
Μέλπασαθ' ἐκάεργον, ὅσ' κλέε' ἔποτ' ὀλείται.

F I N I S,

F I N I S



